in bonis eisdem, quamdiu viverent, contra omnem hominem, qui ipsam ecclesiam super predictis bonis inpeteret vel eis questionem super his moveret de evictione se perpetuo obligantes. Nos vero auctoritate nostra idem factum nostro banno confirmantes procuratores eiusdem Nuwenburgensis ęcclesię in possessionem eorundem bonorum induci fecimus corporalem, auctoritate nostra districte precipientes, quatinus sibi in bonis iam dictis pax debita servetur ab omnibus nec ea aliquis super his audeat molestare, quod qui fecerit, dei omnipotentis et nostram sentiet indignationem. Ut aut super iam dicto contractu omnis in posterum dubietatis tollatur occasio, idem factum presenti pagine adnotari et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes, qui huic facto interfuerunt, sunt hii: Canonici eiusdem Nuwenburgensis ecclesie Gerlaus prepositus, Hugo decanus, Lůdewicus custos, Hademarus, Gunpertus, Theodericus et Walungus. Et laici viri nobiles: Hermannus et frater eius Hartmannus de Lobedeburc. Heinricus de Schudiz. Heinricus de Cotzowe. Heidenricus de Zangenberc. Heinricus de Warin. Cunradus de Hainsberc. Burcgravius de Aldenburc. Heinricus de Griphenhain. Heinricus de Coldiz. Rudolfus de Bunowe. Hermannus de Indagine. Titericus de Sladebach. Albertus de Lizeninc. Volquinus de Sillesene. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M̃. c̃c. xx̃., indictione viii., tercio idus aprilis.

(SFR.)

## 270.

*König Friedrich II. wiederholt den Bürgern von Worms das Privileg seines Großvaters Friedrichs I. (Worms 20. Okt. 1156) über Stadtfrieden und Gerichtsverfassung und giebt ihnen die Brüder Werner und Philipp von Bonlanden zu Helfern und Berathern. — Zeuge: Landgraf Ludwig.*

**Frankfurt, 1220 April 20.**

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Worms. S. verloren.*
*Gedr.: Boos, Urkundenb. der Stadt Worms 1,95. Böhmer-Ficker 1109.*

— — Signum Friderici Romanorum regis invictissimi et regis Sycilie gloriosi. (M.) Ego Cuonradus Spirensis et Metensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Siffridi Moguntine sedis archiepiscopi et Germanie archicancellarii recognovi. Testes: Siffridus Moguntinus archiepiscopus. Engelbertus Coloniensis archiepiscopus. Theodericus Treverensis archiepiscopus. Albertus Magdeburgensis archiepiscopus. Cůnradus Ratisponensis episcopus. Theodericus Monasteriensis episcopus. Otto Traiectensis episcopus. Heinricus dux Suevie rectorque Burgundie. Ludewicus dux Bawarie palatinus comes Reni. Heinricus dux Bravancie. Ludewicus lantgravius Turingie. Hermannus marchio de Baden. Comes Gerhardus de Diedse. Diepoldus marchio de Voheburg. Anshalmus de Iustingin marscalcus. Wernherus dapifer de Bonlandia. Cůnradus pincerna de Scyphe. Ůlricus de Minzenberg. Phylippus de Bonlandia et alii quam plures. Datum apud Frankenvord anno domini M̃. c̃c. xx̃., xĩi. kal. mai, indictione viii.

(SD.)